



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De facie d[omi]ni lineo panno impressa. Cap. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## RERVM MEMO. LIB. II.

qua primum beatum illum asserit, pro eo quod credit in eum, quem non videt. Secundo dicit, per semetipsum non modo posse venire, quia in loco Hierosolymorum præceptum patris & obedientiam impleturus. Tertio, promittit ei salutem in hæc verba: Cùm assumptus fuero, mittam tibi vnum ex discipulis meis qui te curabit ab infirmitate tua.

### DE FACIE DOMINI LINEO

panno impressa. Cap. V.

**D**icitur enim, quod pro desiderio præfati regis implendo aliquatenus dominus faciem suam lineo panno impressit, & misit ad eum, vt qui in propria forma videri non poterat, saltem per impressam imaginem videretur. Tunc ergo Tattheus ille discipulus qui missus est ad Edissam, prædictam ibi dominicam deportare meruit imaginem, quæ per longa ibi tempora pduravit, donec Constantinopolim cum cæteris reliquijs est asportata.

### SEQVITVR DISPERSIO DIS-

cipulorum domini. Cap. VI.

**L**apidato itaq; Stephano protomartyre, discipuli omnes exceptis duodecim, disperguntur per vniuersam Iudæam & Samariam, & aliqui eorum vsq; ad Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam deueniunt. Ibi paucis prædicant Iudæis, non audentes se credere Iudæis vel gentibus, Saulo tunc temporis vase ecclesiam.

### ACTVS PHILIPPI DIACONI.

Caput. VII.